Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



patris eius descenderunt ad
eum illuc et convenerunt omnes
ad eum qui erant in angustia
constituti et oppressi ere alieno
et amaro animo, et factus est
eorum princeps. Fuerunt enim
cum eo quasi quadringenti viri.
Et profectus est David inde
in mappha, que est moab, et
dixit ad regem moab. Ma-
neat oro pater meus et mater
mea vobiscum donec sciam quid
faciat michi deus. Et reliquid
eos ante faciem regis moab.
Fuerunt cum eo cunctis diebus
quibus David fuit in presidio.
Dixitque gath propheta ad David.
Noli manere in presidio, sed pro-
ficiscere et vade in terram iuda.
Et profectus est David et venit
in saltum arech. Et audivit
saul quod apparuisset David
et viri qui erant cum eo. Saul
autem manebat in gabaa, et es-
set in nemore quod esset in
rama, hastam manu tenens
cunctique servi eius circumstarent
eum, ait ad servos suos, qui
assistebant ei. Audite me filii
gemini. Numquid vobis omnibus
dabit filius ysai agros et vi-
neas, et universos vos faciet
tribunos et centuriones, quo-
modo conversastis omnes ad versum
me, et non qui mihi renunciet,
maxime cum filius meus inierit
fedus cum filio ysai. Non est
qui vicem meam doleat ex
vobis, nec qui renunciet ei,
nec quod suscitaverit filius
meus servum meum adversum
me inimicum insidiantem michi
usque hodie. Respondens autem do-
ech ydumeus, qui assistebat

et erat primus inter servos
saul. Vidi inquid filium ysai
in nobee apud achimelech fi-
lium achitob sacerdotem. Qui con-
suluit pro eo dominum, et cibaria
dedit ei, sed et gladium go-
liad philistei dedit ei. Misit
ergo rex ad accersiendum
achimelech filium achitob sacer-
dotem et omnem domum patris
eius sacerdotum qui erant in no-
bee. Qui venerunt universi
ad regem. Et ait saul ad achi-
melech. Audi fili achitob. Qui
respondit, presto sum domine. Dixitque
ad eum saul. Quare conversastis
adversum me, tu et filius ysai
et dedistis ei panes et gla-
dium, et consuluisti pro eo dominum,
ut consurgeret adversum insidia-
tor usque hodie permanens. Res-
pondensque achimelech regi ait.
Et quis in omnibus servis tuis, si-
cut David fidelis, et gener
regis pergens ad imperium tuum,
et gloriosus in domo tua. Nunc
hodie cepi consulere dominum pro eo.
Absit hoc a me ne suspicetur
rex adversus servum suum re-
cuiusque stemodi in universa domo
patris mei. Non enim scivit ser-
vus tuus quidquam super hoc ne-
gocio, vel modicum vel grande.
Dixitque rex. Morte morieris
achimelech, tu et omnis domus
patris tui. Et ait rex emissa-
riis qui circumstabant eum. Conver-
timini et interficite sacerdotes
domini, nam manus eorum cum David
est. Scientes quod fugisset
et non indicaverunt mihi. Volue-
runt autem servi regis extendere
manus suas in sacerdotes
domini. Et ait rex ad doech.